

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

2". 2". 3". vel 4". Ut in exemplo, Logarithmus 298000. invenit proximè se majorem 299573. ad Logisticum 3'. 0". & proximè minorem 296833. ad Logist: 3'. 5". & differentiam iis interpositam 2740. ferè. Subtracto 299000. à 299573. restat 1573. cujus semiffis est 767. per hunc si divideris 2740. prodibunt 3". quæ adde ad 3'. 0". habebis justum 3'. 3".

PRÆCEPTUM 6.

Hic docebo & curiosos, quomodo debeant excerpere Logarithmos scrupulorum minimorum, ubi differentia non sunt proportionales, & omnino omnium Secundorum infra unum Primum.

*Vt si queratur Logarithmus 0'. 17". Ergo excerpere Logarithmum 17. sexagecupli 1 2 6 1 1 3. 1 2*  
*adde Logarith: unius primi 4 0 9 4 3 4. 4 6*

*Ergo Logarithmus 0'. 17". est 5 3 5 5 4 7. 5 8*  
 Ita Logarithmus ad 0'. 1". fiet duplus Logarithmi ad 1'. 0". scil. 818863. 92.

Per privativos sexagecuplorum continuari potest eadem excerptio, etiam supra 1'. 0". subtractione eorum.

*Vt si queratur Logarithmus exactus ad 1'. 12". Sume sexagecupli 1'. 12". in dextra quasiti, Logarithmum - - - - 1 8 2 3 2. 1 4*  
*eumq; aufer à Logarith: 1'. 4 0 9 4 3 4. 4 6*  
*restabit Logarithmus 1'. 12". 3 9 1 2 0 2. 3 2*


PRÆCEPTUM 7.

VICISSIM, si detur Logarithmus admodum magnus, cum eo excerpes scrupula accurata sic; aufer ab eo Logarithmum scrupuli, si minor; cum residuo excerpere Prima & Secunda, sed pro iis scribe totidem Secunda & Tertia.

Vel, aufer datum à Logarithmo scrupuli, si major; cum residuo excerpere ex Sexagesimariâ dextrâ, Integra, Scrupula & Secunda; sed pro iis scribe totidem Prima, Secunda & Tertia.

*Vt si sit Logarithmus 3 0 0 0 0 0. 0 0*  
*Aufero eum à - - - 4 0 9 4 3 4. 4 6*

*Cum residuo - - - 1 0 9 4 3 4. 4 6*  
 ut privativo excerpere 2'. 59'. 4". Igitur dato Logarithmo, respondent scrupula 2'. 59". 4".



CAPUT IV.

DE LOGARITHMORUM ADDITIONIBUS ET SUBTRACTIONIBUS COSSICIS.



UIA interdum privativis Logarithmis est utendum cum præfixo signo —, hinc necessaria est & hæc pars Arithmetices, antiquitus notæ. Etsi in ipsis Tabulis, ubicunque commodè potui, sic instruxi præcepta, ut non esset opus mihi, calculatorem huc remittere.

Est autem hæc particula Arithmetices, triffissima Mercatoribus & Rationariis; Logarithmus enim, ad quem juberis addere, vel à quo subtrahere Logarithmum alterum, est nobis idem, quod mercatoribus sua CASSA: & Logarithmus positivus se habet, ut penes illos Pecunia

præfens & Creditum; privativus, ut Æs alienum seu Debitum; Addere verò, est ut rationes Accepti; Subtrahere, rationes Expensi. Constat autem duabus Regulis tota doctrina Additionis & Subtractionis.

I. REGULA DE SPECIE Arithmetices.

CUM duorum Logarithmorum datorum signa sunt eadem, puta vel + positiva, vel — privativa, species etiam [sc. vel Additio vel Subtractio] manet eadem usitate, quæ imperatur cossicè: nisi quod imperata subtractio, si est usitate impossibilis, fit terminis conversis. Quoties verò signa datorum sunt diversa, puta alterius + positivum, alterius — privativum, tunc additio cossica fit per subtractionem usitam Minoris à Majore: Subtractio verò cossica perficitur per additionem usitam datorum in unam Summam.

PRÆCEPTUM 8.

II. REGULA DE SIGNO exeuntis.


MANET exeunti signum Majoris, præterquam ubi subtrahendus major: tunc enim etiam contrarium signum signo Majoris capit Exiens. Inspice hos TYPUS.

Additionum Cossicarum forma.

Addendi	{	+ 6.	+ 2.	+ 6.	+ 2.
		+ 2.	+ 6.	— 2.	— 6.
Fiunt Summa.		+ 8.	+ 8.	+ 4.	— 4.
Addendi	{	— 6.	— 2.	— 6.	— 2.
		+ 2.	+ 6.	— 2.	— 6.
Fiunt Summa.		— 4.	+ 4.	— 8.	— 8.

Subtractionum Cossicarum forma.

Vnde subtrahendū.	+ 6.	+ 2.	+ 6.	+ 2.
Subtrahendū.	+ 2.	+ 6.	— 2.	— 6.
Fiunt Residua.	+ 4.	— 4.	+ 8.	+ 8.
Vnde subtrahendū.	— 6.	— 2.	— 6.	— 2.
Subtrahendū.	+ 2.	+ 6.	— 2.	— 6.
Fiunt Residua.	— 8.	— 8.	— 4.	+ 4.



CAPUT V.

DE REGVLATRIVM SEV PROPORTIONUM, OPE HEPTACOSIADIS EXERCENDA IN NUMERIS LOGISTICIS, AD VENANDAM PARTEM PROPORTIONALEM.



ULTIPLICATIONUM & Divisionum Logisticarum in tabulis Astromonicis, usus penè unicus est in Regula Trium: quæ cum alia nonnulla, tum præsertim partes proportionales elici solent: quo in opere plerumque ad Secunda, rarò ad Tertia usque progredimur. In hos igitur Tabularum usus respiciens, brevibus rem